



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITV=||TIONVM IVRIS CA-||NONICI LIBRI|| QVATVOR.||

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

De Iure Pontificio. i.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

vij.
viiij.
ix.
x.
xi.
xij.
xiiij.

TI-

3

INSTITUTIONVM IVRIS

CANONICI LIBER

PRIMVS.

De Iure Canonico.

Tit. I.



VS Canonikum
(id est, constitu-
tio ecclesiastica,
a) nihil aliud con a *dist. iii.*
tinet, quā quod in *summa.*
in diuinis scriptu-
ris, & legibus in-
uenitur : diuinæ

verò leges natura consistunt : quò fit,
vt quæcunque diuinæ voluntati, seu
canonicæ scripturæ contraria proban-
tur, eadem etiam naturali iuri inue-
niantur aduersa : & quæcunque diuinæ
voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu
diuinis legibus postponenda censentur,
eisdem naturale ius præferri oportet. b *c. fi. dis-
tin. ix.*

A 7 nonici

14 INSTIT. IUR. CANO.

nonici appellatur, quod normam rectè & benè viuendi præbet, vel quod distortum prauumque corrigit. nam, Canon, Græca vox, Latinè, Regula, interpretatur.

Constat autem Ius Canonicum, vel ex constitutionibus in generali Christianorum Concilio statutis, quas proprio nomine Canones vocant, vel his, quæ à sum. Pont. nunc solo, nunc Patrum Cardinalium Concilio adhibito, vel vltro, vel etiam aliquo interpellante factæ sunt, & omnes indistinctè adstringit. Quod verò in concilijs singularum prouinciarum, aut synodis per Episcopum vocatis ius statuitur eius prouinciæ, ciuitatisue, & diocesis homines duntaxat deuincit.

Sunt tamen & quædam leges priuatæ, quæ vel odio, vel fauore alicuius speciali, contra communes iuris normas factæ sunt, quæ priuilegia appellantur, nec ad exemplum sunt trahenda. Sed & consuetudinis, id est iuris illius, quod moribus instituitur, non

e c. i. de cõstitu.

d c. regu la. in fi. dist. ii.

e c. consuetudinis. xi. dist. c. fin. de consue.

vilis est autoritas, nam pro lege suscipitur, cum nec sacris canonibus, nec humanis legibus obuiat. At cum legum Pontificiarum constitutio deest

nec leg pri int pre

S nel lan du ius fue igi est rit tel ca pio ma ne fed spl fa ne

LIBER PRIMVS. 15

nec vlla consuetudo extat, secularium
leges adiri possunt. f

f c. i. vbi

Hoc cuiusvis constitutionis pro-
prium est, vt futuris negotijs scripta
intelligatur, non præteritis, nisi id ex-
presserit. g

not. & non.

oper. c. i. &

seq. dist. x.

g c. ii. de

constitu.

De Rescriptis.

Tit. II.

Solent etiam Rom. Pontifices Epi-
stolas non nunquam ad lites, vel be-
neficia subditis dare, quæ rescripta ap-
lantur, quorum cum frequens admo-
dum in iure nostro sit mentio, cumque
ius inter partes statuatur, a non ab re a
fuerit hoc loco pauca admonere. Hæc
igitur prima lex in rescriptis sancita
est, vt hæc cōditio, **SI PRECES** ve-
ritate nitantur, illis semper inesse in-
telligatur. Et quodcunque rescriptum b
causæ inhibuerit cognitionē, falsi sus-
picione non caret. b

Docto. in

rubri.

c. ii.

c c. ad aus

dientiā. i.

Nec illi rescripto standum est, quod
manifestum contineat in constructio-
ne peccatum. c Literæ tamen vnius de-
fectus rescriptum non vitiat, veluti, si
spoliarunt pro spoliari, O figura omis-
sa scriptum sit. d

d c. ex par

te. vbi glo.

de fide in

stru.

Ordo